

Urkundenbuch der Reichsabtei Hersfeld. Erster Band (Ed. Weirich) Nr. 78

In nomine sanctae et individuae trinitatis. Heinricus divina favente clemencia rex. Cunctis nostris fidelibus notum esse volumus, qualiter nos interventu ac petitione dilectae contextalis nostraræ Cunigundæ nec non Godehardi Heresfeldensis abbatis nostri fidelis sibi suoque monasterio in honorem sancti Wigberhti constructo quondam nostri iuris ancillam nomine Willicuma cum filiis suis omnique posteritate per hanc nostri precepti paginam concedimus atque largimur et de nostre iure ac dominio in eiusdem abbatis et monasterii ius ac dominium omnino tranfundimus, ea videlicet ratione, ut predictus abbas suisque successores eidem monasterio presidentes de prenominata ancilla eiusque procreatione exinde liberam habeant potestatem in usum monasterii commutandi, tenendi vel quicquid eis placuerit inde faciendi. Et ut haec nostraræ donationis auctoritas stabilis et inconvulsa omnium hominum contradictione remota permaneat, hoc preceptum inde conscriptum manu propria firmavimus sigilli nostri impressione insigniri iussimus. Signum domini Heinrici regis invictissimi. Guntherius cancellarius vice Erkanbaldi archicappellani recognovi. Data IIII id. aug. inductione VIII, anno dominicae incarnationis •I• XI, anno vero domini Heinrici secundi regnantis X; actum Coufungon.